

B. M. II, 124.

N. 30, 10.

X 187 6149

14.

DISPUTATIO INAUGURALIS
Juris publici,

De

JVRE ALTERNANDI,

inter Status Imperii, de præcedentiâ
Sessiois & voti certantes, recepto,

Quam

SVMMO ADSPIRANTE NUMINE,

atq; DECRETO

MAGNIFICI atq; NOBILISSIMI

JCTORVM ORDINIS

IN INCLVTA ALTDORFFINA,

Pro

LICENTIA

Honores Doctores ritè capesfendi,

Publico Eruditorum Examine

exhibet,

Christian Siegfried Fritsch,

Schwartzburgicus.

Die xxvi. Junii, An. M DC XCI.

Literis HENRICI MEYERI,
Univ. Typogr.

II R
1792



DISPUTATIO IN
JURIS PRAECIPUIS
ARTIBUS
JURE ALFREDI
MAGISTRI
JURIS PRAECIPUIS
ARTIBUS
MAGISTRI





I. N. J.

Præfamen.



*N*eo cum essem occupatus, L. B. ut
 Academiæ ultimum valè dicens
 vitæ, honoratiorẽ huic inponerem
 coronidẽ, summosq; in utroq; Jure
 appetere honores, materia, quæ
 recepto more Inauguralis audit, haud exiguam
 mihi peperit tergiversationem. Dubius hasite-
 bam, quodnam elaborandum mihi sumerem the-
 ma, inprimis cum tale desiderarem, quod in bi-
 viis atq; triviis, hætenus ad nauseam usq; per-
 vestigatum non fuerit. Tandem cum eorum,
 quæ ex Jure Publico Magnif. meus Dominus PA-
 RENS, me edocuit, aliqualem aliquando insti-
 tuerem recapitulationem, præsens mihi occurre-
 bat materia, cujus accuratior pensitatio, ejus
 tantopere mihi commendabat dignitatem, ut
 eam Dissertatione Inaugurali aliquando elabo-
 randam, mihi proponerem. Hæ igitur, quas hic
 cernis L. B. plagulæ, sunt istæ, quas ad præsentis
 materiæ dilucidationem pro instituti ratione ex-



hibere & volui & debui. Quatuor diversis Capitibus univ^{er}sum hoc absolvi posse Thema censui; postquam enim Cap. I. de Jure Præcedentiæ in Genere, & Cap. II. de variis lites de Jure Præcedentiæ terminandi remediis & in specie de remedio alternationis, fuerit dictum, in Cap. III. de Judice atq; Judio in causa præcedentiæ, & in Cap. IV. de ipsis Statibus Imperii Romano-Germanici alternantibus agam. Quod reliquum est adspirante Summi Numinis favore ad ipsam me accingo tractationem.

CAPVT I.

De Jure Præcedentiæ in genere.

I.

HOminibus hoc à naturâ peculiari studio est inditum, ut laudis ac honoris studio maxime ducantur, præsertim Magnates, quorum proprium est, de honore & gloriâ certare, apposite ac perelegantè ait *Marzarius Consil. 26. n. 4.* Hinc vitæ, gloriæ conservationem æquiparare, imo antepondere, omni ævo non dubitarunt generosiores animi, per *l. 8. §. quod si. ff. quod met. caus.* Neminem sane, qui primis saltem labris Juris Publici aliquando degustavit fontes, ignorare puto, contentiones istas super honoratiori & principaliori loco ortas, maxima in negotiis, ad publicam imprimis salutem tendentibus, ut plurimum excitasse incommoda. Superiorum seculorum Historiæ, quam fertilissimæ sint in re-
latio-

lationibus disputationum, prodigâ humani sanguinis profusione, arduâ super hâc materiâ, ventilatarum, prolixiori hic describere crenâ, lubens superfedeo; nullus utpote dubitans, istarum recensioem cuilibet, qui in evolvendis Imperii Romano-Germanici priscis temporum vicissitudinibus, aliqualem aliquando adhibuit operam, satis superq; notam fore atque cognitam. Unius saltem præ cæteris illustrioris ut jam mentionem faciam exempli, ferotina certe posteritas è diutinâ vix unquam dimittet memoriâ, funestas illas in Ecclesiâ Goslariensi Anno C. 1063. inter Abbatem Fuldensem Wideradum & Episcopum Hildesheimensem Hecelonem de honoratiori loco & præcedentiâ, tanto impetu, tantâ partium contentione, tam largissima humani sanguinis profusione, ventilatas rixas. Tanta enim ibi pugnabatur atrocitate, ut passim per Ecclesiam sanguinis procurrerent flumina, non legali, ut quondam Religione, sed hostili crudelitate profusa, prout sedulus ille rerum Germanicarum Scriptor *Lambertus Schaffnaburgensis Monachus in Annalibus ad Annum 1063. p. 468.* late tradit. Bellis quoq; horrendis causam præbuisse controversias de Præcedentiæ Jure, argumento est vel sola disceptatio inter Venetos & Genuenses, de quibus videri potest *Blondus lib. X. Dec. 2. Æn. Sylvius de Bello Cyprio.*

II. Ast, quid argumentis è tribus aut quatuor abhinc petitis, rem probo seculis? Cum & proxime præteriti & præsentis jam seculi Acta Comititalia frequentibus ob præcedentiam ortis scateant disidiis. Extant horum vestigia & frequentes desuper institutæ querelæ in omnibus ferè Imperii Recessibus, prout patet ex Recessu Imperii zu Augspurg de Anno 1500. §. Weiter nachdem. R. I. zu Worms de Anno 1521. §. Doch hat unser Oheimb. R. I. zu Speyer de Anno 1526. §. Item / als sich in Anfang des Reichs

Tages. R. I. zu Regensburg. de Anno 1527. §. Als auch im Anfang. R. I. zu Speyer de Anno 1529. §. Item/ als sich im Anfang des Reichs-Tages. R. I. zu Augspurg. de Anno 1530. §. Item/ als sich im Anfang. R. I. zu Regensburg de Anno 1532. §. Item/ als sich im Anfang dieses Reichs-Tages. R. I. zu Regensburg de Anno 1541. §. Als sich auch etliche Fürsten und Stände. R. I. zu Speyer de Anno 1542. §. Als sich auch. R. I. zu Speyer de Anno 1544. §. Und nachdem. R. I. zu Speyer de Anno 1545. §. Und als sich im Anfang. R. I. zu Worms. de Anno 1545. §. Und nachdem auch in Erwegung. R. I. zu Worms de Anno 1546. §. Und als auch die Churfürstliche Räte. R. I. zu Augspurg de Anno 1548. §. Als sich auch im Anfang des Reichs-Tages. R. I. zu Augspurg. de Anno 1551. §. Leblich als im jüngsten. §. Es soll. R. I. zu Augspurg. de Anno 1555. §. Es soll auch die Session und Stimm. R. I. zu Regensburg. de Anno 1557. §. Es soll auch die Session und Stimm. R. I. zu Augspurg. de Anno 1559. §. Als sich dann auch bishero. R. I. zu Augspurg. de Anno 1566. §. Als sich auch noch etwas Irrungen. R. I. zu Regensburg. de Anno 1567. §. Als sich auch noch etwas Irrungen. R. I. zu Regensburg de Anno 1576. §. Ferners. §. Und wann dann. Conf. novissimum Imperii Recessum de Anno 1654. §. 195. junctâ Capitul. Ferdinandi III. Art. 4. §. Leopold. I.

III. Ut ut autem secundum *Lactant. de Instit. Orator. lib. 5. cap. 15.* contentione de dignitate nihil foedius, nihil arrogantius, nihil à sapientis ratione remotius sit, unde illud Salvatoris nostri *Luc. II. v. 3.* Væ vobis Pharisei, qui diligitis primas cathedras in Synagogis & salutationes in foro: Exinde tamen non sequitur, honoris & loci debiti rationem habendam esse prorsus nullam, & promiscue omnem super præcedentiâ exortam litigationem, præcise esse impiam atq; injustam. Quemadmodum enim recepta est de Jure sententia, dignioribus tribui præcedentiam *l. 1. ff. de Alb. scrib.* ita humilis è contra, & abjecti animi

animi est, jacturam honoris proprii insuper habere neq; æstimare. Neq; supra allegatum Salvatoris dictum, cui simile est illud ap. *Matth. c. 23. v. 6. 7.* huic assertioni unquam obstat, intelligendus enim est iste locus ad literam de iis, qui ambitu & superbiâ primum ambire locum fatagunt, & hi merito reprehensione hac coërcentur. Vid. *Ditrich. ad Aur. Bull. p. 32.* Præterea interest ipsius Reipublicæ, ut sua cuiq; dignitas, honor, præ eminentia & Jus quæsitum servetur, præsertim magnis Principibus. Et justam atq; laudabilem esse contentionem, quæ instituitur pro conservando ordine in præcedentiis, apposite asserit *Menoch. Consil. 51. n. 1. seqq.* Gerentes enim dignitatem publicam, tenentur eam conservare in suo gradu, alias dicerentur ignari sui officii, & injuria inferretur superiori, à quo dignitas illa & potestas possidetur. *Tholosan. de Republ. lib. 4. cap. 10. n. 11.* & qui ad conservandam familiæ dignitatem non disceptat, injurius in se & posteritatem suam dicitur. *Knichen. de Saxon. non provoc. Jure. cap. 2. n. 25.* idq; adeò verum pronunciant Politici, ut sessionem contra turbantem armis defendere liceat. *Menoch. Consil. 902. n. 76. Vasquez. lib. 1. Controv. 18.* eumq; ordinariâ poena eximant, qui defendendo locum sibi debitum, occiderit prohibentem. *Besold. de Session. prerog. cap. 3. n. 3. pr.* Quin imò Jus præcedentiæ ac sessionis, ordinis proprii & conservandæ humanæ societatis causâ proveniens adeò favorabile esse, & à Jure publico dependere dicunt *Dd.* ut nemo possit ordini isti in præjudicium suorum renunciare. *Decian. Conf. 7. n. 71. 72. vol. 3. Peregrin. vol. 1. Consil. 84. n. 1.*

IV. Nec tamen tanti hæc facienda atque æstimanda, ut non interdum boni publici gratiâ & ut eo citius negotia, illud concernentia, expediantur, pro temporis ratione aliquid concedatur. Hinc non male Legatus

gatus

gatus Theodosii ex equo descendit, Regi Persiæ obviam factus; obstupuit enim ad tantum honorem Barbarus, & Legati petitis detulit. *Procop. lib. 1. de Bell. Pers.* Et prudenter Ulricus Dux Würtembergicus in conventu quodam communis utilitatis ergo instituti; ad Principes de sessione disceptantes dixit: Collocate me post fornacem, dummodo illud efficiamus, ad quod congregati sumus. O dignam sane vocem, quam admitterent omnes, qui hisce concertationibus differunt expedienda & impedimento sunt, quo minus publica Imperii negotia decidantur! O vocem priscae simplicitatis, omni ambitione destitutam, dignam, cui redderetur antiquum illud seculum, ut *Seneca de Clementiâ lib. 2.* utar verbis. Præclare etiam Aristippus apud Laërtium, cum à Dionysio extremo loco accumbere jussus fuisset, dixit: Itane hunc quoque locum illustrem voluisti facere.

V. Proinde cum sæpius contigerit, ut in Imperii nostri Romano-Germanici Comitibus, testantibus supra allegatis Imperii Recessibus, consultationes boni publici ergo institutæ, ejusmodi ob præcedentiam exortis frequentibus litigiis, modo turbatæ, modo interruptæ fuerint, varia igitur ad sopiendas has controversias remedia, ab unâ vel alterâ parte in medium prolata atq; commendata fuerunt, de quibus in sequenti jam Capite agere, proposita nobis suadet methodus.

CAP. II.

De variis, lites de Jure præcedentia terminandi remediis, & in specie de remedio alternationis.

I.

EX præcedentibus sufficienter demonstratum esse confido, controversias inter Status Imperii super sessionis

nis ac voti prærogativâ ventilatas, gravissima semper secum traxisse incommoda. Et sicuti dispares exinde affectus inter Imperii Proceres certissime oriuntur, R. I. zu Regensburg de Anno 1603. §. Der in dem Heiligen Reich. *ibi*: Werden ungleiche *Affectiones* daher verursacht. Comitiam die in diem protrahuntur, R. I. zu Regensburg de Anno 1541. §. Als sich auch etliche Fürsten und Stände im Anfang dieses Reichstages der Session halber geirret / welches zu Verlängerung der Reichs-Sachen gelanget. Res deniq; publicæ gravissimæque expeditiones differuntur, R. I. zu Regensburg de Anno 1603. §. Der in dem Heiligen Reich. *ibi*: Von wegen Mißhelligkeit des Session-Streits / wird je zuweilen des Reichs gemeine Obligen und vorkommende Nothdurfft zurücke gehalten. Ita ex earum compositione major ex voto concordia inter Principes erit speranda. R. I. zu Augspurg de Anno 1551. §. Letzlich als im jüngsten; *ibi*: Daraus desto mehr Einigkeit und Freundschaft zwischen diesen Ständen / die sich bishero der Session halber geirret haben / zu verhoffen. Quo autem feliciter hæc promoveatur, nullo non tempore Viri cordati atque de salute publicâ optime meriti, saluberrima sua pro viribus contulerunt consilia. Et quamvis ex concurrentibus ut plurimum appareat circumstantiis, quorundam mentem magis fuisse, ut diffidia hæc suspensione quadam ad interim componantur, quam ut in totum dirimantur ista, nihilominus tamen ex hoc capite eorum laudi nihil quidquam derogari posse, opinor. Varii adhæc à Politicis quibusdam traduntur atque afferuntur modi, ast istos ad eludendas potius concertationes de præcedentiâ, quam terminandas excogitatos esse, cujuslibet judicium facillimè deprehendet.

II. Integrum horum Catalogum refert *Lindenspiur in monit. Polit. ad A. B. cap. 6. p. 336. seqq.* quem compendiose hic exhibere instituti nostri fere urget ratio. Consistunt

B

autem

autem ii modi, (I.) in simulando aut minando abiturum. (II.) Se absentando vel morbo etiam simulato. (III.) Per protestationem de non præjudicando, quam actis inferi petat. (IV.) Paritatem saltem postulando. (V.) De sede alium arte quadam vel vi detrudendo. (VI.) Alternationis remedio, omnium accommodatissimo. (VII.) Medio fortis. (VIII.) Utrosq; à confesso arcendo, ne uni litigantium favere plus videantur. (IX.) Diem ducendo. (X.) Extraordinariam sedem alteri assignando. (XI.) Considerando ætates. (XII.) Observando ordinem promotionis. (XIII.) Sequendo ordinem ingressus. (XIV.) Decernendo ne loci habeatur ratio. (XV.) In orbem ad confessum admittendo, ubi loci nulla prærogativa nulla injuria. (XVI.) Sedes collocando, ut de præcedentiâ judicari non possit. (XVII.) Decernendo ut Nationum & Provinciarum non Personarum habeatur ratio. (XVIII.) Protestando, sine præjudicio cujusquam transacta velle haberi. (XIX.) Partis alterius vices in se suscipiendo.

III. Verum enim vero, si eadem operâ, quâ hi modi excogitati, practicari etiam atque ad usum vocari possent, certe parum difficultatis in dirimendis his controversiis adhibendæ superesset. Accuratori siquidem mentis bilance, integram hanc remediorum si trutinò seriem, sane, se junctis istis, quæ aut impossibilia aut elusoria, exiguis eorum supererit numerus, quæ absque singulari unius vel alterius partis præjudicio tutò adhiberi poterunt. *Primum* enim medium, isti, cui prærogativa disputatur, nocivum magis erit, quam proficuum. Par eademque est ratio in *secundo* imprimis quando objectum consultationis tale est, ut unius vel alterius absentia plus quam præsentia optetur. *Tertium* ejusdem fere est conditionis cum *decimo octavo*, & est idem illud, quod hodiernum adeò frequenter in Comitibus usitari hætenus fuere soliti, quan-

quantumvis magis hoc conducat ad lucrandum tempus, quam ad abolendas lites. De *quarto*, an illud tutò practi- cari possit, est de quo maxime dubito. Proprium enim, ut Logici ajunt, quarti modi litigantium de proëdria est, contendere, unum esse digniorem atque honoratiorem altero. *Quinto* ut aliquis utatur, sua sor esse nolim; Me- tuendum namq; esset de possidenti, ut talionis jure alter idem reciprocet remedium. Reminiscor hâc occasione locutionis cujusdam, in Comitii Imperii Ratisbonensi- bus Anno 1603. à Legatis quatuor Familiarum, Pomeranae, Wurtembergicae, Hassiacae, ac Badensis, quibus cum Megalopolitanâ de Sessione lis erat, ad Directores Collegii Principum factæ: Man bâte / sie wolten den Mechel- burgischen Gesandten von den unferstandenen Vorsiß abhalten; da solches nicht geschehe / wären sie von ihren Herren befehliget / ihn mit Gewalt heraus zu rücken / und an die untere Stelle zu setzen. *Limn. in add. ad lib. 4. c. 9. p. 662. Septimum*, fortem suadens, tale quidem est, quod tradente *Cothmanno Vol. 5. Conf. 25. n. 4. & Vent. de Valent. in Parthen. litig. lib. 2. c. 5. n. 9.* in casu, quo utriusq; partis jura dubia sunt & litigantes in id medium consentiant, optato successu adhiberi poterit; veruntamen experientia testatur, neminem Statuum Im- perii competentium hocce amplecti voluisse remedium, incertum, an controversias sessionum tanti ponderis ju- dicaverint, ut eas forti subicere nefas duxerint, an vero noluerint incertæ atque versatili fortunæ præeminentiæ suæ apices subicere. *Octavum*, *Decimum quartum*, nec non *Decimum sextum* pari ferme circumsepta sunt difficul- tate, imprimis si modernum Imperii nostri consideres statum. *Nonum*, cum *Decimo nono*, inter remedia eluso- ria ponerem, multum quippe ad protrahendas, parum autem ad decidendas has lites facientia. *Decimum*, ex- traordinariam sedem laudans, pro qualitate loci, non

sine fructu ad Praxin vocari potest. Exemplum habemus infigne in scamno transverso, in conclavi Principum post conditum Instrum. Pacis introducto, de quo inferius plura differere, fortè se exhibebit occasio. *Undecimum*, ætatis ordinem cum Sessionis prærogativâ æquandum esse, statuens, ad Statuum Imperii, quatenus variis in Comitibus apparent Familiis, controversias vix applicari posse existimo; Inficias interim haud ibo, hoc remedium in casu, quo diversæ Lineæ unius Stirpis sive Familiæ inter se invicem competunt, salutariter adhiberi posse; & experientia satis perhibet, illud in tali casu plus vice simplici optato successu, hodiernum observari. *Duodecimum*, promotionis ordinem pro Regula ponens, suis nec destitutum est limitationibus. Ut enim secundum ejus normam, Principes noviter creati, in scamno Principum secularium sessionem sibi competentem obtinuerint, nihilominus tamen, testantibus Comitiorum Actis ad hunc usque diem inter eos de principali disputatur loco. Nec *Decimum Tertium* immune à variis iisq; plurimis erit exceptionibus. *Decimum quintum* quod de orbiculato loquitur confessu, aliquando practicum, fuisse, memini. Cum enim Sueci post mortem Regis Gustavi Adolphi, Heilbronnæ in Sueviâ, convocatis ibi confœderatis Protestantibus, Conventum instituissent, ne ob præcedentiæ altercationem absque fructu (quod facile aliàs fieri potuisset) dissolveretur, hocce prospero successu observarunt remedium. Disparem prorsus eventum promittit *Decimum septimum*; posito namque, Nationum atq; Provinciarum, non Personarum, hoc dictante, haberi debere respectum; bone DEUS! quanta diffidia, quot contradictiones prono exinde sequerentur alveo. Cumulari potius, quam sedari præcedentiæ lites, hac ratione, autumo; delicato imprimis hoc seculo, quo è præroga-

rogativâ tenerrimâ etiam, superioritatem colligere malunt hodierni Imperantes.

IV. Sextum proinde, alternationis nempe remedium, ut pro certissimo, tutissimo atq; commodissimo deprædicem, non una me movit ratio. Notatum hoc apposite fatis ab *Andr. Knichen. in Comm. de Sax. non provoc. jur. cap. 2. in fin. n. 123.* Interea ut concertationes fileant, inquit, ne salus Reipublicæ sistatur, quidam protestando Jus suum conservant, quidam vero conveniunt, ut alternatim Sessurâ potiantur, sicuti aliquando per Decretum sedendi eminentiam hoc modo compositam autumat Choppius. *Haëtenus Knichen. d. l.* Et quid tortuosis utor verborum anfractibus, cum eventus ipse consilii eximias demonstraret qualitates. Nihil hic metuendum præjudicii, nulla prærogativa ab uno vel altero acquirenda periculum quoddam consentientibus creare potest. Illi enim, qui antea de præeminentia acriter competebant, pares hoc modo sibi invicem redduntur; Et si quidquam iis derogari, admissione alternationis perpetuâ, putent, placeat eo tantum ut remedio suspensivo, non decisivo uti. Quid enim obstat, quo minus lites præsentibus atq; durantibus jam Comitibus alternando ad interim terminentur, modò ne mora consultationibus injiciatur, finitis vero istis reassumantur & Judicis subjiciantur cognitioni? De his igitur in ultimo Capite prolixiores erimus, pauca interim de Foro harum controversiarum competente jam subnectentes.

CAP. III.

De Judice atq; Judicio in causa precedentia.

I.

JUDICIS cognitionis sive decisionis harum controversiarum, in anterioribus iterata sæpius fuit facta mentio;

de hoc igitur, antequam ad ipsam materiæ nostræ Praxin accedamus, quædam differere, præsentis capitis erit summa. Variis Majestaticis Juribus, plurimis itidem Reservatis munitam non modo, sed & splendidiorē redditam esse Imperatoriam Majestatem neminem contradicturum fore confido. Quemadmodum enim in unaquaq; Republicâ de eo ut plurimum solliciti solent esse cives, ut istius, cui rerum defertur summa, sublimior status atque excellentior conditio, quibusdam cum prærogativis, tum aliis illustrioribus Juribus, præ reliquis Reipubl. membris innotescat, ita & res sese habet cum Republicâ nostrâ Romano-Germanicâ. Quanquam enim hodiernus ejus status talis sit, ut quilibet Imperii Procerum, ex vulgato isto sermone, Imperatorem in suo repræsentet territorio, & non incongrue Imperator ille dixerit: Regem Galliæ Imperare a sinis, Regem Hispaniæ mancipiis, Imperatorem verò Germanorum Regibus atq; Principibus; Eo tamen non obitante, Sacratissima Cæsarea Majestas, variis præ reliquis Imperii Statibus, præeminentiis quibusdam ipsi competentibus ac individualiter cum illâ connexis, serenior effulget atq; coruscat. Reservata, communi voce, hæc appellantur Jura, eò, quod Imperator Romano-Germanicus, liberæ suæ dispositioni, absq; Ordinum vel Electorum necessario consensu, ista exercenda sibi reservaverit. *Stamler de Reservatis §. 3. n. 13.*

II. Hæc inter Reservata præ cæteris eminet cognitio de Præcedentiâ Sessioneq; Statuum Imperii controversâ. Cum enim gloriosissimus quondam Imperator Carolus IV., Electorum, tam Ecclesiasticorum quam secularium, ratione sessionis gliscentes sentiret similtates, lege publicâ eas præcavere voluit, præscribendo certum tam sedendi quàm eundi, ipsis ordinem per *Aur. Bull. Tit. 3. §. 4.* Hinc haud præposterè *Bertram de Comitibus Imper. Th. 67.* optat,

optat, similem quandam circa cæterorum Principum Imperii prærogativam, extare constitutionem. Ejusmodi autem remedii universalis nativitatem, scissa Statuum Imperii hâc in re in contraria studia, consilia cum hætenus impediverint, certè maximo Reipublicæ emolumento, Imperatores ejusmodi litium cognitionem sibi reservare voluerunt. Confirmant id ipsum Textus satis expressi atq; aperti in Recesibus Imperii, nimirum R. I. zu Augsburg de Anno 1551. §. Letlich. ibi: Daß wir oder unsere Commissarien/ sie gütlich oder rechtlich entscheiden wollen. R. I. zu Regensburg de Anno 1567. §. Als sich auch. ibi: und seind wir nachmals des gnädigen Erbietens / möglichen Fleiß fürzuwenden / nach Befinden eines jeden Gerechtigkeit / sie solcher Irrung der Session wegen auf zimliche leidliche Wege zu vereinen und zu vertragen / oder sonst nach Billigkeit zu entscheiden. R. I. de Anno 1570. §. Zum letzten. ibi: Wollen / ordnen und statuiren Wir hiemit / daß die der Session wegen strittige Stände / so sich auf sondere Austräge mit einander verglichen / darauf ihrer Vergleichung nach ferners / doch zugleich *in possessorio* & *in petitorio* biß zum endlichen Schluß verfahren und unsere Erkantnuß darüber erwarten sollen. R. I. zu Regensburg de Anno 1676. §. Ferners. & §. Wann dann. ibi: Aber dieweil diese streitige Sessions-Sachen dermaßen beschaffen / daß dieselben mehrertheils die Chur- und Fürsten / so einander verwant und besreundet / mit belangen thäten / darum Ihnen nicht gebühren wollen / derselben Relation und Decision beyzuwohnen; und das nicht alleine verdacht vorzukommen / sondern auch weil sie mit Relaxirung ihrer Ende darzu nicht *qualificiret* / derhalben uns unterthänig gebeten / sie für entschuldiget gnädiglich anzunehmen / mit dem angehengten unterthänigsten Vermelden / weil uns über solche Sachen / vermöge Speierischen Reichs-Abschieds / zu erkennen gänzlich heimgestellt / daß Sie keinen Zweifel trügen / wir würden selbst darüber / was da recht und billig seyn würde zu erkennen und ergehen zu lassen geneigt seyn. Quare autem sublimiorum harum

harum controversiarum decisio Imperatoris solius reli-
 eta fuerit arbitrio, ratio est manifesta. Cum enim digni-
 tates ab Imperatore Privilegiorum ad instar decernan-
 tur, certè nemo ipso accuratior honorum gradus discrimi-
 nare poterit. *Rümelin. ad Aur. Bull. part. 3. Diss. 1. th. 12. in fin.* Neq; melior privilegiorum interpret esse solet, quam qui eadem concedit. *Enekel. de Privil. lib. 2. cap. 3. num. 57. Bertram. d. l. th. 67.* Et ita controversia inter Archi-Episcopum Coloniensem & Abbatem Fuldensem à Friderico I. Anno 1184. contra posteriorem pronuncian- do decisa fuit. Similiter in Comitibus Augustanis, ingen- tes illæ certationes, quæ inter Archi-Duces Austriacos & Archi-Episcopum Salisburgensem, inter Archi-Episco- pum Moguntinum & Salisburgensem, item inter Wil- helmum & Georgium Bavarix Ducis & rursus inter Philippum Hassiæ Landgravium & Ducis Pomeraniæ, versabantur, à Carolo V. compositæ fuerunt, teste *Ber- tram d. l.* Pari modo Rudolfus Imperator Anno 1607. con- tentionem istam inter Lineam Altenburgensem & Vina- riensem Judiciali sententiâ determinavit, quamvis post- ea Vinarienses contra eam ex capite nullitatis insurrexe- rint, de quibus in sequenti capite plura videbimus.

III. Jus hoc Reservatum soli competere Imperatori, in præcedente asseruimus paragrapho. Interim infi- cias ire non possumus, Imperatorem sæpius non solum, sed adhibito Procerum Imperii consensu has sessionum controversias dijudicasse, id quod testantur verba, quæ habentur in *R. I. zu Augsburg de Anno 1500. sub titulo: Wie die Irrung der Session zwischen den Fürsten hingelegt werden soll/ durch das Regiment. §. Weiter nachdem. ibi: Die wir den jeni- gen die es betrifft/ fürter zu senden/ ihre Antwort darinn vernehmen/ und alsdann solche Schrifften und Antwort / auch mit den gemeld- ten unsern und des Reichs Regenten besichtigen/ ermessen und er- wegen/*

wegen / und darauf zwischen den Partheyen / deßhalber Enescheid
 thun wollen / damit hinfuro ein jeder derselben / gegen den andern
 seinen Stand und Session wissen möge / und deßhalber Irzung ver-
 hütet und vermieden bleib. Confer huc R. I. zu Regensburg de
 Anno 1576. §. Wenn dann die Churfürstliche Rätthe. *ibi*: Doch
 da wir es vor nötig achten würden / etlicher Stände oder Abgesand-
 ten bedencken / auch bey der Relation zu vernehmen / daß wir etliche
 aus Ihnen / so den Sachen und Partheyen nicht verwandt / nach-
 mals darzu gnädiglich erfordern möchten. Adstipulatur hisce
 R. I. zu Regensburg de Anno 1603. §. Der in dem H. Reich. *ibi*:
 Erklären wir uns abermals / daß wir zu Folge unsers / bey unter-
 schiedlichen Reichstagen / als im Jahr 76. 82. 94. und 98. getha-
 nen Erbietens / nach *complirten actis*, samt etlichen aus Mittel des
 Heil. Reichs Churfürsten / Fürsten und Stände Rätthe darzu
deputirten Personen / und dasjenige was hierunter von den Par-
 theyen einbracht / einkommen / so förderlich als es möglich referi-
 ren / und alsdenn / was recht seyn wird erkennen und aussprechen
 wollen. *Motus fuit hisce jam adductis Linnaeus, ut Tom. I.*
de J. P. lib. 2. c. 9. n. 92. à Stamlero, Bertram & aliis dissenti-
ret, statuens Imperatori soli, præcedentiarum lites diju-
dicandi potestatem non competere, sed teneri eum adhi-
bere insuper consensum Electorum & reliquorum Sta-
tuum Imperii: Sed postquam in Actis Comitiorum Au-
gustæ Anno 1566. habitorum reperit, in der Churfürsten/
Fürsten und gemeiner Stände ersten Relation und Antwort/ ipsos-
met Status fateri, die Erkänntuß zwischen den Ständen so der
Session halber strittig / hangae der Keyserlichen Hoheit an / und sey
Ihrer Majestät als dem Ober-Haupt allein zuständig / mutavit
priorem suam sententiam, prout ipsemet fatetur in To-
mo V. de J. P. in append. addit. ad lib. 2. cap. 9. Quanquam enim
sæpe, ut superius dictum, Imperator in decernendis his
litigiis, adhibuerit Statuum Imperii consensum atq; con-
silium, illud tamen non, nisi ex singulari quâdam mo-
 C destiâ

destiâ & ne status de rigore haberent quod conquererentur, factum esse, ipsa asserit veritas.

IV. Modum quod spectat procedendi, jam dudum in Comitiiis Augustanis de Anno 1500. constitutum, ut Status Imperii de sessionibus disceptantes, jura sua in scriptis adducta, offerrent Cæsari, prout testatur R. I. zu Augsburg. Tit. Wie die Irrung der Session zwischen den Fürsten hingelegt werden soll. §. Weiter. *ibi*: Sehen / ordnen und wollen darauf / daß alle und jede Stände des Heil. Reichs / was Würden / Standes / oder Wesen sie sind / so der Session oder Standes halber / gegen oder miteinander strittig oder irrig sind / ihre Gerechtigkeit oder Grund in solchen Sachen / hie zwischen S. Martins Tag nechstkommend / uns oder dem / so an unserer Statt sitzen wird und unsern und des Reichs Verordneten Regenten gen Nürnberg in Schrifften zuschicken sollen / die wir denjenigen die es betriefft fürter zu senden / ihre Antwort darinn vernehmen und darauf zwischen den Partheyen Entscheid thun wollen. Postmodum in Comitiiis Imperii de Anno 1530. zu Augsburg / Carolus V. promisit, post oblatas deductiones jurium se sessionum lites intra annum compositurum, dictante tunc temporis edito Imperii Recessu, §. Item als sich. *ibi*: Und sollen und wollen wir / unserer ihnen beschehenen Vertröstung nach / allen möglichen Fleiß fürwenden / nach Uebergebung eines jeden Gerechtigkeit / in Jahres Frist darnach / sie solcher Irrung der Session auf zimlich leidliche Wege zu vereinen und zu vertragen. Porro, cum ut fieri possit, summarissimè, uti loquuntur, hic procedendum, in R. I. Spirensi de Anno 1570. constitutum, ut de Sessione litigantes in Aula Cæsaris tam in petitorio, quàm in possessorio actiones invicem instituerent, & causæ merita ternis in universum scriptis proponerent. Verba allegati R. I. sunt in §. Den andern aber / *ibi*: Darinn ein jeder Stand / so zu den andern der Session halber zu klagen / seine Klage auch sämtlich in possessorio & petitorio an unsern Keyserlichen

lichen Hofe *dupliret* eingeben / darauf sein Gegenheil / der seyen ein oder mehr / auch in Zeit 6. Monaten antworten und darneben seinen Gegenbericht an unsern Keyserlichen Hof auch *dupliret* fürbringen / darauf dann ein jeder mit noch zweyen Rechts-Säßen oder *Producten* gehöret / damit zu unserer endlichen Erkandnuß gestellet werden soll *ic.* Interea verò, dum Imperator de hisce controversiis cognoscit, meritò quilibet in possessione vel quasi tuendus, id quod expresse habetur in dicto R. I. Spirensi, de Anno 1570. §. Aber immittelst. *ibi:* soll ein jeder bey seiner *Possession vel qf.* wie die hergebracht gelassen seyn.

V. Quandoquidem etiam & ad Austregas controversiæ præcedentiarum decidendæ remissæ sunt, ceu apparet ex R. I. Spirensi de Anno 1570. §. Zum letzten. *ibi:* Als auch zwischen etlichen Ständen nun eine lange Zeit her / der Session wegen keine geringe Streitigkeiten sich erhaben / so eines Theils seithero in der Güte verglichen / theils auf unsere Austräge gestellet / die andere aber noch bey ihren Unrichtigkeiten schweben / dardurch denn die Stimmen in den Råthen abgehen und die fürderliche *Expedition* gemeiner Geschäfte nicht wenig gehindert werden. Hoc tamen ita accipiendum si Principes ex conventionione peculiare suos habeant iudices, uti constat ex R. I. modo allegati. §. Damit nun. *ibi:* So sich auf sondere Austräge mit einander verglichen. Requirit verò Ordinatio Cameræ, ut Austregarum Processus intra semestre spatium à die inchoati Iudicii supputandum, vel ad summum, si justæ & relevantes protrahendi causæ sint, intra annum & diem absolvantur. *Ord. Cam. Tit. 4. §. Dieselben. 2. & Tit. 3.* Notari insuper meretur, quod hæc lites Sessionum, si inter Principes disceptantes coram Austregis propositæ, & utriusq; partis jura adducta, decisio tamen controversiæ non Austregis, sed soli Imperatori competat, per Text. expressum in R. I. Spirensi, de Anno 1570. §. Zum letzten. & §. Damit nun. *Denais. in Jure Cameral. Tit. 287. §. 2.* Facilis

proinde est Decisio illius quæstionis : An Principes & Status Imperii, si extrajudicialiter lites ob controversias hætenus inter illos versantes amice inter sese per alternationem composuerint, teneantur quærere confirmationem Imperatoris, & an deficiente illâ transactio nihilominus locum habere possit? Responsio namq; ex ante allegatis fuit textibus. Si enim ad Austregarum sententiam, ut accedat Cæsarea confirmatio, necessariò requiritur, certè illa magis desiderabitur in extrajudicialibus compositionibus & transactionibus.

CAP. IV.

De Principibus & Statibus Imperii

Jure alternandi utentibus.

I.

Generalis in Comitibus Imperii universalibus cum fit ordo, ut primo loco sint Electores sive Electorale Collegium, der Churfürsten Rath; Secundo, Principes Ecclesiastici & Seculares, quibus Prælati, Comites & Barones accensentur, der Fürsten Rath; Tertio Civitates Imperiales, der Städte Rath. *Abasv. Fritsch. Manual. Jur. Publ. verb. Status. Lehmann. Chronic. Spir. lib. 7. cap. 124. n. 6. 7. Hermes Fascic. Jur. Publ. c. 27. n. 1.* Haud igitur incongrue me fecisse puto, si in Statuum Imperii alternantium recensione, eundem hunc observem ordinem. Licet enim quoad conditionem & gradus dignitatem, in septem aliàs Classes distribuantur Imperii Status, ita ut in (1) Classe sint Electores: in (2) Archi-Episcopi: in (3) Episcopi, quibus ex Principibus Ecclesiasticis quidam junguntur: in (4) Principes Politici sive seculares: in (5) Prælati & Abbatissæ: in (6) Comites & Barones: in (7) Civitates Imperiales: *Fritschius d. l.* Hoc tamen non obstante

stante, compendiosiori isto ductus ordine, in cujusvis Imperii Principis & Status alternationem, consueto suo loco atq; ordine disquiram.

II. In Electorali Collegio insignis antithac disputabatur præcedentiæ controversia, inter Electores Moguntinum & Coloniensem, utroq; Jus coronandi Regem Romanorum sibi asserente. Nec contemnendæ erant rationes, ab utraq; parte, pro Juris sui tuitione prolatae, quas vid. apud *Oldenburg. Limn. Enucl. cap. 5. Conring. in assert. Jur. Mogunt. in coron. Reg. Rom.* Et cum Ferdinandus IV. Regiam Romanorum coronam Ratisbonæ A. 1653. solenni modo accipere deberet, acerrimè inter Moguntinum & Coloniensem disputatum fuit, cuinam horum, jus imponendi coronam competeret: Prælatus tamen tunc temporis Coloniensi Moguntinus, & sic continuatum inter illos hocce diffidium fuit, usq; ad Imperatoris moderni Leopoldi coronationem, quo tempore amabili transactione lites hæ sopitæ sunt, ita ut alternis vicibus Jus coronandi exerceant Moguntinus & Coloniensis. Verba Transactionis alternationem hoc in negotio indigitantes sunt sequentia: Da aber außerhalb diesem beyden obgedachten Erzbischthümern Maynz und Cölln / die Krönung in einigen deren unterhabenden Bey-Bischthümen / oder in andern außer der Erzbischhofflichen Maynz und Cöllnischen Landtschafft gelegenen Erb- und Bischthümern / geschehen würde / alsdann soll dieselte unwechselicht von beyden Herren Churfürsten zu Maynz und Cölln verrichtet werden / 2c. Geschehen d. 25. Julii 1657. *Diar. Europ. Part. 1. 948. Europ. Herold. p. 112. Gastell. de Statu Publ. Eur. cap. 9. n. 44.*

III. Constat ex præscripto *Aureæ Bullæ Cap. 4. §. 3.* Trevirensis Electoris locum potiozem esse præ Coloniense. *Oldenb. Limn. Enucl. cap. 4. §. 2.* Ast eo non obstante mota hæc super prædriâ fuit Controversia Trevirensi

à Coloniense. Dirempta autem intercessu temporis mediante alternatione, hunc in modum introducta, ut in confessu Electorum, im Fürsten Rath / (præsente enim Imperatore, hæc alternatio circa sessionem non obtinet, aliam namq; prorsus Trevirensi tunc est sedes, quam reliquorum Electorum, *Sprenger. Lucern. Mod. Stat. Imper. p. 26.*) primo loco sedeat Moguntinus cujus dexteram primâ die claudat Trevirensis, sinistram Coloniensis; altera vero die Coloniensis Moguntini occupet dexteram, Trevirensis sinistram. Restricta autem hæc alternatio est, tantum ad sessionem, ad votum vero non item. Circa hoc enim prior locus semper competit Trevirensi. Et notandum hic, singulis diebus hancce inter hos Electores observari alternationem. *Nic. Mammeranus in Tract. de investit. Regal. Elect dignit. Lehmann. Chron. Spir. lib. 7. cap. 124. n. 6. ibi:* In Churfürsten Rath sitzen die sechs Churfürsten / drey Geistliche und drey Weltliche / da dieselben in Person zugegen / und ihre Räte in einem sondern Gemach / also daß Maynz erst nieder sitzt / zu dessen rechten Handt der Erzbischoff zu Trier des ersten / des andern Tages aber sitzt der Erzbischoff zu Cölln / welche zween also alternatis vicibus vor und nachsitzen / aber Trier hat alle Zeit das erste votum.

IV. Dictum fuit in modò allatis, restrictam esse hanc alternationem *tantum* ad sessionem, ad cætera non æque. Cum enim pauco abhinc tempore in Comitibus Ratisbonensibus Legatus Moguntinus ob defectum Legitimationis in Collegio Electorali non admitteretur, & interim Trevirensis, Directorium hoc modo vacans prætenderet, Coloniensis protestatus est, jusq; alternandi etiam ad punctum Directorii extendere voluit. Trevirensis apponebat, alternationem quidem certo modo in *sedendo* non vero in *dirigendo* obtinere. Ast interveniebat huic lititertius, Legatus nempe Electoralis Saxonicus, utri-
que

que parti contradicens, ipsiq; vacans in Electorali Collegio Directorium sibi competere asserens. Cum vero quoad Legitimationis punctum ortæ lites cum Moguntino compositæ essent, reliquorum super Directorium contentio mansit indecisa & adhuc sub Judice lis est.

V. Hæ igitur sunt alternationes, à quibusdam Electoralis Collegii membris diversis in negotiis introductæ & hucusq; observatæ. Secularium Electorum ordinem ejusmodi competentia hætenus non turbavit, si excipias ista, quæ circa introductionem Electoris Bavariæ in Electorale Collegium, itemq; cum Elector Palatinus postliminiò suis restitueretur dignitatibus, actitata fuere. Ne autem imposterum vel continuato Octovirorum numero, vel isto in Septemviratum aliquando rursus mutato, Serenissimum hoc Octovirorum Collegium novis super præcedentiam ortis agitetur turbis, notabilissimâ quadam constitutione, lites tales præoccupare voluerunt; Hanc utpote lectu dignissimam ex *Autore Tract. diti der Teutsche Florus. p. 303. & seqq.* verbotenus refert *Crusius de Præcedent. lib. 3. cap. 13. n. 23.* quorsum & Lectoris Benevoli desiderium remitto.

VI. Crebriora sicuti in Senatu Principum circa præcedentiam sunt diffidia, ita & crebrior inter eos alternandi modus hætenus fuit observatus. Sessionis atq; dignitatis ordinem pro methodo si ponamus, primo loco alternatio inter Directores Collegii Principum usitari solita, nobis venit notanda. Contentio nimirum accerrima fatis inter Serenissimam Domum Austriacam, Archiepiscopum Magdeburgensem & Salisburgensem superioribus agitabatur seculis, unoquoq; eorum pro Directorii, sessionis ac voti prærogativâ sibi competente, omnibus pugnante viribus. Duravere hæ lites ad tempora usq; Caroli V. cujus partim interpositione, partim Imperato-

rato-

ratoriæ Majestatis autoritate remedium alternationis, tum quoad sessionem & votum, tum quoad etiam Directorium, introduxere, & quidem inter Archiduces Austriae & Archipræsulem Salisburgensem solum, excluso Magdeburgensi, qui tamen protestatione pro conservanda sibi competente prærogativâ, juris sui integritatem sibi conservavit. *Burcholdens. ad Instrum. Pac. P. 1. Disc. 20. §. 21. Crusius de Præcedent. lib. 2. cap. 10. n. 2. Lehmann Chronic. Spir. lib. 7. cap. 124. n. 6: ibi: Über eine gute Zeit hero / als erstlich Magdeburg mit Salzburg der Session halber strittig worden / sonderlich bey Caroli V. Imp. Zeiten / da haben Salzburg und Oesterreich / in Session und Reden abgewechselt / und alternatis vicibus die Ding verrichtet und noch / und also Magdeburg gar aussen blieben / doch protestiret de sua prærogativâ bis zu endlicher desselben Streits Vergleichung. Notandum autem, alternationem hanc non singulis diebus, nec singulis sessionibus inter prædictos Directores observari, quod inter reliquos Principes & Status fieri affolet, sed alternari à materiâ ad materiam; hoc est: Si exempli gratiâ, punctus securitatis publicæ dirigente Austriaco fuerit ventilatus, postea vero circa punctum monetæ disquisitio suboriatur, hujus materiæ Directorium Salisburgensi competet. *Europ. Herold. p. 459. ibi: Das Directorium oder das Recht der Propositionen / und Begreifung der Conclusorum und was denen mehr anhängig ist / stehet Alternationsweise bey Oesterreich und Salzburg von einer Materie zur andern / doch also daß jenes bey jeden Reichstage den Anfang mit Proponiren mache / welchem aber Salzburg widerspricht. Confirmat hoc Lampadius in Tract. Politische Reichs-Handel Art. 5. n. 1. ibi: Salzburg und Oesterreich alterniren / tam in dirigendo, quam sedendo & votando, nicht täglich / sondern nach den Materien / dergestalt wenn das Oesterreichische Directorium eine Materie absolviret / Salzburg mit Antretung Directorii eine andere anfängt / bis dieselbe**

selbe zu Ende gebracht / alsdenn die Ordnung wieder an Oesterreich
 kömmt.

VII. Priscis jam temporibus inter Germaniæ Epi-
 scopos , Herbipolensem & Wormatiensem maximam
 præ eminentiam & autoritatem obtinuisse , vix abscondi-
 tum cuidam esse poterit. Hinc ob paritatem dignitatis
 jam olim inter hos Antistites , ratione sessionis controver-
 sia viguit. Wormatiensis Episcopatus sui præcellentem
 autoritatem speciosis rationibus Herbipolensi præferre
 ex eo ut plurimum laborabat , quod sub Regno jam tum
 Francorum , hic Archi-Episcopatus totius Germaniæ ma-
 ximus fuisset atque amplissimus ; sedecim enim Episco-
 patus ei subordinati tunc temporis erant. Vid. *Marqu. Fre-
 her. Orig. Palat. cap. 5.* Opponebat hisce Herbipolensis in-
 signem Episcopatus sui excellentiam , non antiquis tan-
 tum temporibus notam , sed & hodiernum durantem.
 Adjungebat huic duplex ex duplici titulo & potestate ,
 Clericali & Politica , Episcopatus sui decus , de quo notus
 est ap. *Höping. de Jure Insign. Part. I. cap. 6. §. 3. n. 58.* ille ver-
 sus :

Herbipolis sola , judicat ense , Stolâ.

Itemq; quod in plurimis Recessuum Imperii subscriptio-
 nibus potior locus Herbipolensi fuerit præ Worma-
 tiensi. Ast compositâ tandem hâc disceptatione reme-
 dium alternationis placuit , ita ut in Senatu Principum
 Episcopus Herbipolensis & Episcopus Wormatiensis , ex-
 cepto primo & ultimo die , in quo Herbipolensis Worma-
 tiensi præsidere solet , per vices alter alteri præire debe-
 ant. *Nicol. Mammeranus de Invest. Reg. d. l. Goldast. in Senior.
 lib. I. cap. 31.*

II X. De Brixienfi Episcopo , ut & de Basileensi , no-
 tat *Limn. in not. ad I. P. lib. 4. c. 9. n. 97.* quod cum in Comi-
 tiis Ratisbonæ Anno 1654. habitis hi duo Episcopi super

D

præ-

prærogativâ sessionis & voti invicem inter sese disputa-
rent, Episcopus Brixienſis conſentire voluerit in alterna-
tionem cum Episcopo Baſileenſi faciendam & quidem al-
ternis Comitiiſ: Baſileenſis autem mens fuerit, ut alterna-
tioni locus daretur de die in diem, ſingulis Comitiiſ. Rem
deniq; tranſactam eſſe afferit, eò, ut dictis Comitiiſ Ratis-
bonenſibus Anno 1654. habitis, Brixienſis ſeſſione voto &
ſubſcriptione ante Baſileenſem eſſet, in ſubſequentibus
autem omnibus Baſileenſis præcederet. Aſt ſi Baſileenſis
in omnibus ſubſequentibus Comitiiſ præcedentiam ſibi
perpetuam vindicare voluiſſet, certe Brixienſi hoc pacto
nullum amplius jus alternandi ſuper-eſſet, nec poſſet dici,
receptam eſſe pro remedio tollendi lites, inter duos hos-
ce competentes ortas, alternationem, uti in reliquis vi-
dere eſt ſtatibus, ſed nuda tantum eſſet permiſſio de oc-
cupanda principie ſeſſione ad tempus, cum renunciatione
omnium ex hoc capite impoſterum formandarum præ-
tenſionum. Nec verofiſimilis mihi videtur modo allata
Limnæi recensio ex eo potiffimum, quando ipſemet re-
fert: Baſileenſem voluiſſe, ut alternationi locus daretur
de die in diem Comitiiſ ſingulis; Sane nullo prorfus mo-
do perſuaſum mihi reddere poſſum, Brixienſem favorabi-
lem hanc oblatam conditionem temere recuſaſſe & no-
lente atque invito Baſileenſi conditionem ſuam priſtinam
deteriorem reddidiſſe, tradente jus ſuum in præcedentiâ
quæſitum Baſileenſi ac inſuper omni prærogativæ hoc
pacto renunciante. Veriorem igitur, iſtam cum novis-
ſimis Publiciſtis amplector ſententiam, Brixienſem nempe
ac Baſileenſem Episcopos adhuc hodiernum alternationem
circa ſeſſionem, votum atque ſubſcriptionem obſervare.
*Spreng. Lucern. Mod. Stat. Imp. p. 27. Lampad. Politische Reichs-
Händel Artic. 4. §. 3. Europ. Herold / p. 460.*

IX. Eandem hanc alternationem in eodem hoc Principum Clericorum scamno inter sese invicem introduxerunt Episcopi Leodiensis, Monasteriensis & Osnabruggenensis. Sciendum autem Episcopatum Osnabruggensem aliter non trahi ad alternationem voti atque sessionis, nisi eo tantum casu, quo Præsul Romano-Catholicæ Religionis est addictus. Postquam enim per *Artic. 13. Instrum. Pac.* in favorem Serenissimorum Ducum Brunsvicensium sancitum fuit, ut alternis vicibus Romano-Catholicus & Lutheranus ex familiâ Ducum Brunsvicensium Osnabruggenfi Episcopatu præesset, reliqua autem Scamni Principum Ecclesiastici membra, Episcopo huic reliquis ob disparitatem Religionis & contractum Matrimonium prorsus dissimili, Antecessoris sui locum in Scamno Ecclesiastico denegarent, novo tandem eoq; felicissimo quodam invento controversia hæc sopita fuit. Duobus saltem scamnis universum Principum hætenus consistebat Collegium, Ecclesiastico nimirum atque seculari, quo igitur utrique controvertentium parti, sine ullius tertii præjudicio satisfactum esset, novum quoddam antea nec auditum nec usitatum scamni genus excogitarunt, illudq; ita collocarunt, ut ex uno latere Ecclesiasticum, ex altero seculare habeat scamnum; Transversum novum hoc appellabatur scamnum, die *Querbanc*/eo quod transversim in Bulevterio Collegii fuerit positum. Singulis tandem novum hoc opus approbantibus Imperii Statibus, transversum hoc scamnum suo loco & ordine occuparunt, tres tum temporis Episcopi seculares, Magdeburgensis nimirum, Osnabruggenensis & Lubecensis. Magdeburgensis, dignitate Ducis secularis adquisitâ, ex transverso in seculare migravit scamnum ibiq; secundum nactus est & locum & votum. A duobus igitur reliquis Postulatis scamnum hoc jam occupatur; & si casus aliquando eveniet, ut de-

cedente praesente Episcopo Osnabruggeri ad Romano-Catholicum administratio Episcopatus rursus, dictante *Artic. 13. Instr. Pac.* revertatur, dubium non est, hunc praedecefforum suorum locum in scamno Clericali fore repetiturum, ibique vi alternationis inter ipsum & Episcopos Monasteriensem & Leodiensem introductae, sessionis ac voti sibi competentis ordinem observaturum. *Gastell. de Statu Publ. cap. 28. p. 842.*

X. Postremo alternationem quandam hoc in Clericorum Principum scamno, inter Praepositum Elwangerensem & Abbatem Murbacensem receptam esse, testantur post *Limnaeum de J. P. lib. 4. cap. 3. n. 97.* **Lampadius Politischer Reichs-Sändel** *Artic. 4. n. 3. p. 11.* *Crusius de Praecedentiâ lib. 2. cap. 18. n. 4.* inquit: Porro constat ex actis Comitiorum, quoad sessionem alternationi locum esse inter Praepositum Elwangerensem & Abbatem Murbacensem inter quos alioquin de Sessione lis fuit. Ast horum assertioni contrariantur pure *Gastellus d. Tr. cap. 27. §. 45. Europ. Herold / p. 460.* Hofce enim binos Principes inter eos numerant, qui de Praecedentiâ adhuc inter sese contendunt atq; competunt. Et quo minus priorum opinioni subscribam, facit maximâ ex parte relatus à *Gastello d. l. literarum*, circa annum 1654. hanc ob controversiam ab utroq; competentium, pro deducendis utrinq; juribus, in Collegio Procerum Imperii oblatarum fasciculus. Latissimè ex istis perspicere licet, quam operosi fuerint litigantes in deducendis suis praeminentiis atq; Juribus & refutandis adversariorum argumentis. Prohibuit pagellarum praesentium concisa brevitatis, singula ab utroq; contendendum tunc temporis exhibita memorialia, utut probe non modò exasciata, sed & apprimè memorabilia, hîc subnectere. Satisfaciet autem Lectoris Benevoli desiderio *Gastellus*, qui locò modò citatò singula hanc ad rem spectantia fideliter exhibet.

Cer-

Certum interim est, ex novissimi Recessus de A. 1654. subscriptione, non nisi pristinum inter sæpe dictos certantes Status usitatum subscribendi modum colligi posse; Aperiet autem aliquando jamdudum anxie optati præsentium Comitiorum Recessus subscriptio, an in alternationem tandem hi litigantes compromiserint, an verò per sententiam Imperatoris hæc altercationes atque controversiæ demum diremtæ fuerint.

XI. Perlustrato jam Ecclesiasticorum Principum scamno, & examinatis eorum super præcedentiâ ortis, alternationis autem remedio feliciter sopitis controversiis, transgressum ad secularium Principum facio sessionem ac ordinem, pro instituti qualitate pariter atq; ratione visurus, ubi, quando & quibus in casibus jus alternandi ibidem vigeat.

XII. Antequam autem singulorum Scamni hujus Politici membrorum expendam alternandi modos, de generali prius ab utroq; Principum scamno hodiernum pro Regulâ perpetuâ positâ atq; observatâ alternatione quædam differere, operæ pretium esse duxi. Restrictum autem est hoc alternandi jus, ad voti saltem virilis depositionem sive communicationem, circa subscriptionem enim Recessus non observatur, multo minus circa sessionem, quippe quæ in Ecclesiasticam atq; Politicam jamdudum divisa, tale quid admittere prohibet. Consistit igitur generalis hæc alternatio singulorum utriusq; scamni membrorum in eo, ut Mareschallus Imperii Comes Pappenheimius, provocans membra Collegii Principum ad communicationem voti, super materiâ deliberationibus submitteudâ, primo quidem loco ad votandum provocet Principem è Scamno Ecclesiastico, hujus autem voto explorato, ad Scamnum Politicum transeat, ibiq; Principis nominatenus juxta ordinem vocati votum de-

fideret, hoc audito rursus ad Scamnum Ecclesiasticum, dehinc rursus ad seculare sese convertat, & sic alternando singulorum vota colligat. Ex subiecto hic Schemate univrsum luculentius patebit negotium. Eo enim tempore, quo Austriaca Domus vigore juris alternandi Dirigendo Chorum ducit, à Vice Mareschallo Pappenhemio votantes hunc in modum provocantur:

Oesterreich.
 Beyern.
 Salzburg.
 Magdeburg.
 Burgund.
 Pfalzglautern.
 Bisanz.
 Pfalz-Simmern.
 Teutsch-Meister.
 Pfalz-Neuburg.
 Bamberg.
 Bremen.
 Würzburg.
 Pfalzweybrücken.
 Worms.
 Pfalzlauteck.
 Rischstett.
 Sachsen-Risenach.
 Speyer.
 Sachsen-Weimar.
 Strasburg.
 Sachsen-Gotha.
 Costniz.
 Sachsen-Altenburg.
 Augspurg.
 Sachsen-Coburg.

Sildes

Sildesheimb.
Brandenburgk-Culmbach.
Paderborn.
Brandenburgk-Anspach.
Freysingen.
Braunschweig-Zell.
Regenspurg.
Braunschweig-Grubenhagen.
Passau.
Braunschweig-Calenbergk.
Trient.
Braunschweig-Wolfenbüttel.
Brixen.
Verden.
Basel.
Halberstatt.
Lüttich.
Württembergk.
Osnabrügg.
Hessen-Cassel.
Münster.
Hessen-Darmstatt.
Lübeck.
Baden-Baden.
Chur.
Baden-Durlach.
Sulda.
Baden-Hochbergk.
Kempten.
Mecklenburgk-Schwerin.
Ullwangen.
Mecklenburgk-Güstrow.
Murbach und Lüders.

Vor-

Vor-Pommern.
 Johanner-Meister.
 Hinter-Pommern.
 Berchtoldts-Gaden.
 Sachsen-Lauenburgk.
 Weisenburgk.
 Minden.
 Prüm.
 Holstein-Glückstatt.
 Stablo.
 Holstein-Gottorff.
 Corvey.
 Saphoyen.

Huc usq; ambulatorius observatur ordo. Cum enim nulli amplius Principes Ecclesiastici in Scamno Clericorum, præter jamjam enumeratos, reperiantur, cæteri Principes Sessione in Scamno Seculari utentes, unâ serie ad finem usq; à Mareschallo ad votandum provocantur, usq; dum ordo Prælatorum atq; Comitum tangat Collegia, quolibet eorum, votum ipsis competens curiatum, alternatione inter ista dictante, (de qua infra) itidem exponente. *Gastell. cap. 15. n. 53. in fin. Europ. Herold/ p. 462. ibi: Nach dem Vortrage / hat der Erb-Marschall Graf von Pappenheim / welcher seine Stelle oben zwischen beyden ersten Geist- und Weltlichen Fürsten fast in der Mitten nimmt / die Umfrage und Aufrufung zu thun / welches Er/ vermittelst bloßer Benennung jedes Fürstlichen Stiffts und Hauses / und do deren mehr als eines / mit Specificirung der Linien verrichtet / daß wechselsweise von einer Bancß zur andern / und ferner also / daß Magdeburgk jedesmahl *quarto loco*, auch im übrigen / dieweil auf der Weltlichen Bancß mehr Fürsten als auf der Geistlichen vorhanden / daß die übrige Fürsten nach einander gefraget / und dann erstlich die Prælaten und Graven *alternando* um ihre Stimmen auf*

aufgerufen werden. Hæc de generali Membrorum Principum Collegii alternatione.

XIII. Speciales Principum Politicorum super præ-
 eminentiâ sessionis atq; voti ortas controversias quod at-
 tinet, optandum foret, crebriores hic esse alternationes,
 quàm altercationes. Acta siquidem & præsentium &
 antihac celebratorum Comitiorum abunde perhibent,
 quantum remporis bono publico dicati, solitis protesta-
 tionibus, adversus Præcedentium Statuum Prædriam
 directis, hisq; subsecutis reprotestationibus, inutiliter sit
 consumtum. Interim tamen quibusdam remedium al-
 ternationis præsentissimum, ad amicam litium haruncce
 compositionem adhibere non displicuit, quos suo nunc
 videbimus ordine.

XIV. Famosa ante aliquot annos innotuit præce-
 dentia controversia inter Duces Saxonie Lineæ Vinari-
 ensis & Altenburgensis agitata, super quæstione: An sci-
 licet Vinariensis Altenburgensi, vel hæc illi in sessione
 præferenda? Aded acriter scriptis hac in causa fuit pu-
 gnatum, ut vix alia quædam vel maximi ponderis con-
 troversia nominari possit, quæ tanto & pro- & oppugna-
 ta fuerit labore atq; fervore. Insignia eaq; haud pauca
 extant scripta, pro utraq; parte edita & publicata, quo-
 rum omnium summam compendiose exhibet *Crusius de*
Præcedent. lib. 4. cap. 3. per tot. Alternationis remedio hanc
 controversiam componendam esse plurimi præclarissi-
 mi Jcti saluberrime suaserunt, & Respondit Academia
 Würzburgensis de eadem hac lite; *Es könne de Jure noch*
zur Zeit keine endliche Resolution gegeben werden / sondern nach
Ausweisung der Rechte sollen beyderseits Pupillen und Räte sich
zur Ruhe begeben / und des Vorsizens und Vorstimmens wech-
selsweise / biß zur Erledigung der Vormundschaft gebrauchen:
 Ed etiam tendit votum *Matthie. Wackeri à Wackenfels in*

E

Tr.

Tr. de Jure Præcedentiæ in dignitate & sessione p. 18. Ast cum in eo essent litigantes, ut aut alternationem amplecterentur, aut Judicis cognitioni universam causam subicerent, summus ille atq; omnipotens Judex universæ Altenburgensis Lineæ è vivis ablatione, quæ in annum 1672. incidit, litem hanc definitive pro Vinariensibus decidit atq; sustulit.

XV. Dum Serenissimæ Domus Saxonicæ jam fit mentio, aliud quoddam alternationis negotium, in memoriam mihi recurrit. Siquidem nemini ignotum esse puto, novum istum Querfurtanum Ducatum consistentem hodie tribus, ex Archi-Episcopatu Magdeburgensi extractis Præfecturis, vi Instrumenti Pacis ad Serenissimam Familiam Saxonicam Lineæ Electoralis spectare. Cum igitur Celsissimi Possessores dicti Ducatus in Diætiis Circularibus Superioris Saxonix, votum cum Sessione obtinuissent, de eodem in Comitibus Imperii nostri acquirendo, dudum maximum impenderunt operam. Nec vanus atq; irritus fuit successus: Sed postquam Augustissimus Imperator, summam hujus negotii æquitatem sufficienter cognovisset, Decreto cæteris Imperii Proceribus notum fecit, Serenissimum Querfurtani Ducatus possessorem, in Scamno Principum Politicorum imposterum ad sessionem cum voto competente admitti debere. Circa locum autem sive prærogativam gradus disposuisse libuit ut alternative una die votum hoc sub nomine *Sachsen-Querfurt* / omnibus Saxonis Familiis præeat, sequenti vero die has omnes sibi præire patiatur. Ast, cum reliquæ Saxonicæ Domus, quarum utpote hæc in causa interest, nec non cæteræ Principum Familiæ antiquitate Stemmatis Illustres contradixissent & novo huic voto cedere nollent, introductio cum reali occupatione sessionis hucusq; executioni nondum data fuit.

Europ.

Europ. Herald. p. 1400. Decretum de quo jamjam dictum
 notificatorium ad eo majorem rei dilucidationem inte-
 grum hic subicere lubuit.

Notifications-Decret.

Kaiserlicher Majestät Principal-Commissarii,
 an das Chur-Mäynzische Directorium Herzogs Au-
 gusti zu Sachsen ꝛ. Votum und Session unter
 dem Nahmen Sachsen-Quersfurt betreffend; den
 20. Febr. An. 1663.

DOn der Römischen Kaiserlichen Majestät zu gegen-
 wärtigen Reichstag wolverordneten Kaiserl. Prin-
 cipal-Commissarii, des Hochwürdigsten Fürsten und
 Herrn/ Herrn Guidobaldi, Erz-Bischoffen zu Salzburg/
 Legaten des Römischen Stuhls wegen / dem Hochlöbl.
 Mäynzischen Reichs-Directorio in Gnaden anzuzeigen;
 Nachdem bey allerhöchst-gedachter Kaiserl. Majestät des
 Churfürsten zu Sachsen ꝛ. sodann Dero Herrn Bruders
 Augusti zu Sachsen Ebd. Ebd. untern datis den 4. und 10.
 Martii nechsthin einkommen und gebethen / damit gedachtes
 Herzogs Augusti Ebd. auf Reichstage hinsüro Votum und
 Session unter den Nahmen und Aufruff Sachsen-Quer-
 furt im Fürsten-Rath und zwar dergestalt gegeben werden
 möge / daß *alternatim* Sachsen-Quersfurt einen Tag als
 len Sächsischen Häusern vor / des andern Tags aber
 selbigen allen nachsitzen und stimmen solle / und der Kay-
 serl. Majestät auf Thro Hochfürstl. Ebd. hierunter besche-
 henes Anlangen / nicht alleine ihres Orts / in solche Admis-
 sion ad sessioem & votum mit obberührter Alternation
 und Aufruffen allergnädigst bewilliget / sondern auch höchst-
 gedachtem Dero Herrn Principal-Commissario aufgetra-
 gen und anbefohlen / ihres Orts mit zu cooperiren / damit

diese Introduction Sr. Ebd. mit guten Belieben der sämtlichen Reichs-Stände beschehen / und noch bey wählenden Reichstag werckstellig gemacht werden möchte. Als haben höchst-ermeldete Ihre Hochfürstl. Gn. ein Hochlöbl. Churfürstl. Männliches Reichs-Directorium, dessen zu dem Ende zuerinnern der Notdurfft erachtet / damit dasselbe nicht allein für sich selbst zu dieser Admission consentiren / sondern auch bey andern Chur- und Fürsten daran seyn wolte / auf daß obgedachte Herzogen Ebd. entweder selbst / oder Dero gevollmächtigten Abgesandten nicht allein die Session angedeuteter maßen / eingeraumt sondern auch das Votum obgesetzter Alternation nach abzulegen / verstattet werden möge. An deme geschicht Ihre Kaysrl. Majestät genädigster Will und Meinung / und verbleiben Höchstgedachte Ihre Hochfürstl. Gn. mehrbesagten Chur-Männlichen Directorio mit Gnaden und allen guten wohl bengethan. Sign. Regenspurg / unter Ihre Hochfürstl. Gn. eigenhändigen Hand-Unterschrift und aufgedruckten Fürstl. Insiegel; den 20. Febr. 1663.

(L. S.)

Gvidobald.

XVI. Maxima superioribus annis, ad annum usque hujus seculi quadragesimum, oberat præcedentiæ controversia, inter Serenissimos Principes Würtembergenses, nec non Landgravios Hassiæ & Marchiones Badenses, ac Duces Pomeraniæ & Megalopolitanos. Würtembergenses jure sibi præcedentiam præ reliquis deberi, variis probare contendebant argumentis. Ducalem Dignitatem Anno 1495. à Maximiliano I. Ipsis commissam, apprimè

primè urgebant. Evidentissime insuper probabant, in ipsa erectione Ducatus Würtembergensis, Eberhardum Barbatum in Conventu Statuum Imperii, cum in Principum confessum introduceretur, præ Hassiæ Landgraviis & Marchionibus Badensibus sessionem suam obtinuisse, iisque prælatum, nec tum temporis ullam profus eidem motam controversiam fuisse. Regerebant Pomeranus, Hassiacus & Badensis jamtum Anno 1576. in Comitibus Ratisbonensibus obtinuisse alternationem inter Würtembergensem & modo enumeratos Principes. Accedebat his Megalopolitanus, prætendens, sibi competere præcedentiam præ Würtembergensi non solum, sed & cæteris Principibus. Pro argumento allegabat plurimas Recessuum Imperii subscriptiones, quæ Megalopolitanum reliquis omnibus antepositum esse testarentur. Tandem alternationem introducere placuit, tam quoad votum, quam quoad etiam sessionem, quo ipso factum ut hæc præcedentiæ controversia jam in totum sublata atque sopita sit. Peractum hoc fuit Ratisbonæ d. 12. 22. Sept. Anno 1640. Recessu desuper confecto, & à singulis partium quorum interfuit subscripto atque corroborato. Haud equidem incongruum foret, Recessum hunc, multum quippe ad illustrationem hujus materiæ facientem, una cum scripto quodam, aliquot pagellis absoluto, cui titulus: *Kurzer / wahrer und begründeter Bericht und Information über die / zwischen etlichen Fürstlichen Häusern enthaltene Præcedenz und Alternations Strittigkeit* &c. hic subnectere; cum vero prolixitas horum documentorum, tale quid prohibere videatur, ea etiam à *Crusio in Tr. de Præcedentia lib. 4. cap. 13. n. 11. seqq.* integra jamtum fuerint exhibita, Lectorem Benevolum lubens eò remitto. Postremò autem adhuc notandum, Marchiones Badenses, non modò cum reliquis quatuor Principum Familiis in alter-

nationem descendisse, sed & inter semet ipsos, cum tria
 ipsis ratione Baden Baden, Baden Durlach & Baden Hoch-
 bergk competant vota, alternationem observare: Et id
 vigore *Instrum. Pac. Cæs. Suec. Artic. 4. §.* Friedrich Marggraf
 zu Baden. *ibi*: Gleicher Gestalt soll fünffteiger Zeit zwischen bey-
 den Badischen Linien in Unter- und Ober-Marggrafschaft Baden
 nemlich / mit der *Præcedenz* und *Session* auf Reichstagen und
 Schwäbischen Kreyses / wie auch allen andern gemeinen und *parti-*
culieren Reichs-Conventen alterniret und Wechsel gehalten werden.

XVII. Proxime post hos modo enumeratos jure al-
 ternandi gaudentes Principes cum sequatur Saxo-Lauen-
 burgicum votum, non incongruè hâc occasione quæ-
 dam de voto ratione Ducatum Angriæ & Westphaliæ,
 inferi posse, existimo. Ab anno nimirum currentis seculi
 sexagesimo primo usq; ad quartum Archi-Episcopus Co-
 loniensis & Dux Saxo-Lauenburgicus in Aula Cæsarea
 acerrime contendebant, ad impetrandum votum in sca-
 mno Principum secularium, respectu Angriæ & West-
 phaliæ Principatum. Ab initio quidem Coloniensis Sa-
 xo-Lauenburgicum prorsus ab hujus voti participatione
 excludere laborabat, opponens, huic Duci nudam præ-
 ter titulaturam nihil plane superesse ex antiquis Angriæ &
 Westphaliæ Ducatibus, sed universa ista bona incorpo-
 rata esse Archi-Episcopatus Coloniensi. Lauenburgicus
 contra evidentissimis probationibus constanter assererat,
 ipsius titulaturam Ducis Angriæ & Westphaliæ prorsus ste-
 rilem haud esse, sed possidere se aliquot adhuc bona, ad
 patrimonium priscaius Ducatus spectantia. Anno deni-
 que 1664. binis his prætendentibus placuit, voti hujus
 exercitium in communione atque pro indiviso possidere,
 ita ut quidem alternando à Comitibus ad Comitiam, votum
 hoc modò ad Archi-Episcopum Coloniensem, modò ad
 Ducem Saxo-Lauenburgicum ambulatoriè spectaret.
 Confir-

Confirmavit hoc ipsum Augustissimus Imperator Decreto quodam, ad Directores utriusq; & Electoralis & Principum Collegii directo. Cum autem proxime post Saxo-Lauenburgicum novum hocce votum locatum habere vellent impetrantes, subsequentes Principes serio his sese opposuerunt. Acerrimi contradicentium erant Serenissimi Principes Holsatiæ, qui, uti contra voti Saxo-Lauenburgici præcedentiam singulis hæctenus protestati fuerunt Comitibus, eò magis novi hujus voti, præ Holsatis, locationem, in Disputationem vocabant. In tantum etiam hæ contradictiones introductionem novi voti impedivere, ut locum hucusq; suum in Comitibus reperire haud potuerit. Et postquam ultimus Saxo-Lauenburgicæ Prosapiæ Dux, paucò abhinc tempore vivere desierit, vix novum hoc Angriæ & Westfaliæ votum exercitio quodam gaudebit, antequam famigerata ista, inter successores patrimonii Lauenburgici, controversia plenarie fuerit diremta atque pacata. Decretum interim superius allegatum Cæsareum, haud parum utpote luminis huic afferens materiæ, integrum hic communicabimus, imprimis cum hoc, pariter atque illud supra in causâ Saxo-Querfurtensi relatum, typis exscriptum nullibi reperiat.

Keyserlich Decret.

An die beede Chur und Fürstliche Directoria, die von den Churfürsten zu Cölln und dem Herzogen zu Sachsen Lauenburg / wegen der Herzogthümer Pngern und Westphalen gesuchte Session und Stimme und derenthalben unter sich verglichene Alternation betreffend.

¶ Von der Römischen Keyserl. Majestät unsern allergnädigsten Herrn ꝛ. Denen Löbl. Chur- und Fürstlichen Reichs-



Reichs Directoriis hiermit in Gnaden anzuzeigen / was gestalten bey Deroselben / der Churfürstl. Durchl. zu Cölln zu gegenwärtigen Reichstag gevollmächtigter Principal-Abgesandter / der Hochwürdige Fürst / Franz Egon, Bischoff zu Straßburg / wie auch der Hochgeborne Fürst / Herz Julius Heinrich Herzog zu Sachsen etc. gehorsamlich vor und angebracht / wie daß sie zu Verhütung aller besorglichen Weitläufftigkeit / wegen Besetz- und Führung der Stimmen / der uralten Herzogthümer Engern und Westfahlen / sich dahin wolmeinend und bedinglich verglichen / daß nemlich Ihre Churfürstl. Durchl. zu Cölln und des Herzogs zu Sachsen-Lauenburg Fürstl. Gn. von iltgedachten Fürstenthümern Engern und Westfahlen wegen / in dem Fürsten-Rath gebührende vota & sessiones pro indiviso alternatim vertreten / auch davon des Reichs onera nach erträglicher billigmäßiger Proportion eines jeden darinn besitzender Lande abführen wolten / und daher gebethen / Ihre Kayserl. Majestät gnädigst geruhen möchten / die in dem Reichs-Fürsten-Rath von ihnen verlangte sessiones & vota uf vorberührte verglichene Weise zu erlauben / und erstermeldete Löbl. Reichs-Directoria durch ein gewöhnliches Kayserlich Decretum zu erinnern / daß solche nach Ihme Herrn Herzogen zu Sachsen abgelegt / oder deffalls ein solcher Ort assigniret werden möchte / so diesen uralten Herzogthümern competiren thäte / wie die Benlage mit mehrern besaget. Wie nun erst aller höchstgedachte Ihre Kayserl. Majestät bey obangezogenen Vergleich und dem zu Folge begehrten Session und Stimme ihres Orts kein Bedencken haben / sondern gnädigst gerne sehen werden / daß Höchst- und Hochgedachte Ihre Churfürstliche Durchl. zu Cölln und Fürstl. Gn. zu Sachsen in ihren Begehren gewillfahret werde / als sie Anfangs gemeldte Löbl. Reichs-Directoria hiermit gnädigst ersuchen / sie wollen ihres wolvermögen-

meynenden Orts bey denen Löbl. Ständen des Reichs daran seyn und befördern helffen / damit Ihre Churfürstl. Durchl. und Fürstl. Gn. zu der gebethenen Session und Stimm an obbenannten Orthe mit dem förderlichsten gelangen möge. An dem geschicht mehrgedachter Ihrer Keyserl. Majestät ein sonder annehmiges Gefallen und Sie verbleiben denen Löbl. Chur- und Fürstl. Reichs-Directoriis mit beharlichen Keyserl. Gnaden bengethan. Sign. zu Regenspurg unter Ihrer Keyserl. Majestät hier vorgedruckten Secret-Insiegel / den 25. April. A. 1664.

Vt. Friedrich Freyherz von Walderdorff.

(L. S.)

Wilhelm Schröter.

Von der Römischen Keyserl. Majestät unsern allergnädigsten Herrn / denen Löbl. Chur- und Fürstl. Reichs-Directoriis in Gnaden einzuhandigen.

XIIX. Refert adhuc *Europ. Herald* / p. 301. ex *Speneri opere Genealogico*, in recensione Celsissimi Stemmatibus Principis Frisiae Orientalis, quod inter hunc & Fürstenbergium Principem, etiam alternatio quaedam circa voti & sessionis usurpationem sit introducta, ita tamen, ut si quando Princeps Frisiae Orientalis bis Fürstenbergio binis in sessionibus praevissit, hic semel tantummodo tertiâ sessione, priorem sedendo & votando praefrisio occupare soleat locum. Mentionem insuper facit Recessus desuper conditi, sed cum huc usq; hac de causa neque ex actis Comitibus novissimis nec alibi quidquam mihi innotuerit, remissive tantum hoc allatum esto.

XIX. Et haec sunt alternationes in nostri Imperii Comitibus inter Principes usurpari solitae. Extra Comitibus hoc alternandi remedium ad auferenda diffidia itidem saepissime

F

sime

time introductum esse, quotidiana satis loquitur experientia. Sic alternant Directoria in Comitibus Circularibus inferioris Saxoniae, modo enim Archi-Episcopus Magdeburgensis, hodie Elector Brandenburgicus tanquam Dux Magdeburgensis, modo Rex Sueciae tanquam Dux Bremensis, modo Dux Brunsvicensis Senior, qui hodie est Dux Cellensis, Directorium tenent. Alternatio item inter nonnullos Imperii Status obtinet, tum ratione voti & sessionis in Diætiis Circularibus, tum ratione Directorii in causis universae Familiae interesse concernentibus; sed cum hæc observantia cum Jure Senioratus à Personâ ad personam semper devolvatur, ejusmodi etiam alternatio magis pro parte Juris jam dicti Senioratus, quam pro remedio tollendi lites ex præcedentiâ dubiâ ortas, haberi poterit. Et talis modi alternationis exemplum est in Domino serenissimâ Saxonicâ, Lineæ Ernestinæ, cujus Senior vigore pacti familiae Directorium non solum tenet, in causis communibus & publicis, sed ejus etiam linea in Conventibus Circuli præcedentiâ gaudet in sedendo & votando, redditus insuper ex certâ quadam, ad hoc negotium destinatâ Præfecturâ, nomine Oldisleben, pro impensis laboribus percipit. Idem modus & receptus est in Celsissimâ Familiâ Comitum Swarzburgicorum, nec non in quibusdam adhuc & Principum & Comitum domibus.

XX. De Prælatiis atq; Comitibus, prout penes illos alternandi jus locum habet, restabit adhuc aliquid dicendum. Prælati, qui duobus comprehenduntur Collegiis, Suevico nimirum & Rhenano, duobus tantum in Collegio Principum gaudent votis iisque curiatis. Priores singulis Comitibus, testantibus subscriptionibus sedulo comparere, posteriores autem longo intervallo sessionem cum voto ipsis competente occupare, incertum quas ob causas neglexerunt; Inde factum, ut cum in Comitibus An. 1653. habi-

habitis, postliminiò pristinum Jus sessionis atq; voti recuperarent, Collegii Prælatorum Suevici præcedentiam in controversiam vocaverint, deducentes, antiquis temporibus Rhenanis priorem præ Suevicis competiisse locum; Ast huic argumento Suevici possessionem vel quasi Juris præcundi opponerent, rogantes, ut ejus tuitionem Imperator ulterius clementissime administrare vellet. Sopitæ tandem fuere hæ altercationes & mediante alternandi Jure omnis præcedentiæ controversia sublata fuit.

XXI. Eundem in modum lites superiori seculo inter Wetteravensium & Suevicorum Comitum Collegia ortæ, postmodum feliciter diremtæ fuerunt. Universum autem alternationis negotium, modo dictis Illustrissimis Collegiis commune, quomodo secundum singulas sese habeat circumstantias, ex subjeçto hic scripto, è Collegii Wetteravici actis MSS. petito, luce clarius meridianâ apparebit.

Bericht /

Wie es der Session und Alternation halber / zwischen denen Wetteravischen und Schwäbischen Grafen und Herren auf Reichstagen gehalten wird.

ES haben die Grafen und Herren im Reich uf denen gemeinen Reichstagen nur zwen vota, deren eines wird von denen Wetteravischen Grafen und Herren und Dero-selben Correspondenz / das andere aber von denen Schwäbischen Grafen und Herren geführet / und ist zu wissen / daß ist-ivolgedachte beede Wetteravische und Schwäbische Correspondenzen uf den Reichstagen mit der Session einen Tag um den andern jederzeit alterniren und wechselfen; wie aber der Anfang solcher Alternation ben jedern Reichstage zu machen / und in Achtung zu haben / darüber ist dieser Bericht zu mercken.

Wenn ein Reichstag vorhanden / und die Proposition auch der erste Reichs-Rath darauf gehalten wird / hat man sich aus dem nechst-vorhergegangenen Reichstags-Protocoll zu ersehen / welcher Theil damahls bey der Proposition und ersten Reichs-Rath den Vorsitz gehabt / und welcher also damals vorgeseßen / hat icko zu Anfang den Nachsitz und gehet also diese Alternation nach einander von Tag zu Tag / bis zu Ausgang selbigen Reichstags. Zum Exempel A. 1598. haben die Wetterauischen bey der Proposition und ersten Reichs-Rath den Vorsitz gehabt / laut Protocolls / derohalben der Vorsitz icko A. 1603. denen Schwäbischen zum erstenmal gebühret / und wird also dann von einer Session zur andern im Reichs-Rath bis zu Ausgang des Reichstags / wie gemeldet / alterniret. Wenn nun wieder ein anderer Reichstag bestimmet werden solte / so gebühret der erste Vorsitz abermahl den Wetterauischen und also fortan. Gleicher gestalt wird es gehalten / wenn ein Ausschuß zu verordnen ist / da dann auch der erste Anfang des ersten Ausschusses bey einem Reichstag in acht zu nehmen ist / und welcher Theil bey der Proposition und ersten Reichs-Rath den Vorsitz hat / derselbe gehöret auch zum ersten Ausschuß / und wird demnach des Ausschusses halber / bis zu Ende des Reichstags (außerhalb des Ausschusses / so zu Ablebung des Abschieds verordnet) mit einander alterniret / gleichwie mit der Session und ist der Schwäbische Gesandter icko A. 1603. bey dem ersten Ausschuß gewesen in dem andern folgenden / ist alterniret worden bis zu Ende. Wenn ein Ausschuß zu Anhörung des Abschieds verordnet / wenn derselbige verlesen wird / wird mit demselbigen auch von einem Reichstage zum andern / weil es ein einziger actus ist / alterniret; Als A. 1598. seynd die Schwäbische in solchen Ausschuß gewesen / derohalben so ist es icko A. 1603. an denen Wetterauischen und so fortan. Ferner / wenn ein Supplication-Rath bey einem Reichstag gehalten wird /

wird/ so wird zwischen denen Wetterauischen und Schwäbischen auch darmit alterniret / also daß dieselbe Alternation von einem Reichstag zum andern geschiehet / und dasjenige Theil/ so also bey einem Reichstag zum Supplications-Rath verordnet / denselben den ganzen Reichstag aus beharrlich und allein abgewartet. A. 1594. ist ein Supplications-Rath gehalten und die Wetterauische darbey gewesen; Wenn nun wieder ein Supplication-Rath bey einem andern Reichstag angeordnet werden solte / (dann A. 1598. und 1603. keine Supplications-Räthe gehalten/ sondern die Supplications-jedesmahl in pleno im Churfürsten-Rath expediret worden) so betrifft die Ordnung die Schwäbische allein/ und alsofort an alternatim bey den Reichstagen. Gleicher gestalt alterniren gemeldete beede Theil mit der Subscription im Reichs-Abschiede. Als A. 1598. stehen die Wetterauische Grafen und Herren im Abschiede vor denen Schwäbischen/ derohalben die Schwäbische 1603. vor denen Wetterauischen stehen müssen/ wenn nun wieder ein Reichstag gehalten/ stehen die Wetterauischen abermal vor/ und so fortan. Letzlich wird auch in Siegelung des Abschiedes alterniret/ als nemlich / welcher Theil in der Subscription vorstehet/ uns auch wegen aller Grafen und Herren siegeln. A. 1594. haben die Schwäbische gesiegelt / derohalben es denen Wetterauischen A. 1598. gebühret hätte. Dieweil aber die Wetterauische Gesandte/ohne Publicirung des Abschieds damals albereit hinweggezogen gewesen / hat der Schwäbische/ damit der Grafen Stell in Abschied nicht ledig gelassen würde/ gesiegelt/ doch muß solches sine præjudicio denen Wetterauischen senn. Jezzo A. 1603. gebühret die Siegelung abermahls vermöge der Ordnung denen Schwäbischen: Wenn aber ein anderer Reichstag gehalten wird/ stehet sie denen Wetterauischen zu verrichten / und hiernach können sich die Wetterauische und Schwäbische Gesandte / jederzeit bey


Reichstagen richten ꝛ. Notandum porrò Collegia Comitum Imperii recentiora, Franconicum nempe atque Westphalicum ante aliquot annos in hisce Comitibus jus alternandi in Deputationibus bey denen Ausschüssen petiisse quidem, ast contradicentibus Collegiis Wetteravico & Svevico, rem adhuc in suspenso mansisse.

XXII. Investigatis jam cum Electorum tum Principum Collegiis, Civitatum adhuc superest Collegium. Hoc priscis temporibus, quantis atq; quam multis refer- tum fuerit prærogativæ disidiis, *Crusius de Præced. lib. 4. cap. 22. n. 31.* abunde testatur. Tanta enim illa fuerunt, ut Comitibus Imperii raro propterea ab ipsius membris ac partibus frequentata fuerint. Vestigia hujus altercationis adhuc reperiuntur in Civitatum Coloniensis & Aquisgranensis singulis sessionibus repetere solitis pro- & re- protestationibus. Si reliquas Collegii hujus consideres partes, eas hætenus nulla amplius turbat præcedentiarum controversia. De istâ enim quæ inter Civitates Lubecam & Wormatiam sub initium durantis jam seculi fuit agitata notissimum est, eam alternatione, qua singulis sessionibus sessionis prærogativâ alternatim utuntur, plene planeq; esse sublatam, annotante *Limneo Tom. II. Jur. Publ. l. 4. cap. 9. n. 98.* idem tradunt *Lehmann Chron. Spir. lib. 7. cap. 12. n. 6. Goldast. de Majoratu lib. 1. cap. ult. §. 13.*

EPILOGUS.

Habes igitur L. B. hic ea, quæ pro negotii mihi incumben- tis dictamine, proque instituti ratione ad enodationem præsen- tis materiæ sufficere posse existimavi. Nullus equidem inficior, potuisse me multo prolixiori stylo unius vel alterius Imperii Sta- tum hoc in puncto competentia Jura deducere atque illustrare. Verum enim vero, cum non integrum Tractatum scribere, sed nudâ tantum Disputatione Publicâ hæc de materiâ differere mea mens fuerit, idcirco hæcce ut æqui boniq; consulas Tuoque ulte- riori affectu me prosequere, est quod à civilissima Tuâ humanitate serio contendo.

S. D. G.



Magni chara Patris Suboles , Clarissime
FRITSCHI,

Jurisprudentum grande future decus:
Cum Te conspicio , videor vidisse Parentem ,
Noscere quem quondam Clara SALANA
dedit.

Perge ita , mi FRITSCHI, quoq; mente referre
Parentem ,

Sicut Eum vultu non sine laude refers.

Sic is Honor, Nomenq; etiam Te Lausq; manebit,
Qui tenus hac Patrem mansit, AMICE, Tuum.

*Celeberrimi PARENTIS patrissanti Filio, de felicissima
studiorum Academicorum Catastrophe & immi-
nentibus summis in Utroq; Jure honoribus & pri-
vilegiis Doctoralibus ex arcano pectoris recessu
gratulaturus, cum voto uberius felicitatis ad
vota fluentis*

deprop.

GEORGIUS REICHARDVS Sammer / D.

Perdurant alterna; & amant alterna Camœnæ;
Componunt lites saepe in Honore graves.

Hoc demonstrantem, non alterni, sed Honores
Te gemini, FAVOR, Jure in utroq; manent!

Jcti Magni, Magnifici Domini FRITSCHII,
Patroni sui, Filio optimo, Nobilissimo
Jurium Candidato, de Supremis Astrææ
Honoribus ex merito conferendis, hisce
gratulatur

HENRICVS Lind / D.
Scan-



SCandis honoratam Cathedræ sine Præside Sedem,
Jurisq; solvis Qvæstiones arduas.
Sic meritò evadis Doctòr, Magniq; Parentis
Sublimia legis strenuè vestigia.

*Ita novis Honoribus Nobilissimi DNI CANDITATI,
Celeberrimi Patris altigradam laudabili gressu
continuantis iter, gratulabundus applaudit*

**FELIX Spitz / D.
& h. t. DECANVS.**

Kling-Bedicht.

Der Himmel hat die Ehr dem unverdroßnen Fleiße
in hoch- und niedern Stand zu einen Ziel gesetzt/
und gleich den Sterblichen die Ehrsucht einge-
freßt/

Daher ein hoher Geist nicht bleibt bey solcher Gleißer.
Der Vorgang zeigt diß in jedem Fürsten-Ereife/
nach welchen jeder strebt aus Ehrsucht angesetzt/
so daß der Himmel gar dem Fürsten-Staat zuletzt
eingab die Wechselung der Ehre Palmen-Reiße.

Wie weit die Himmels-Gab das Ziel nun überschreitet/

Das zeigt Du / **Edler Freund** / mit wolberedten
Mund/

indem Du nach dem Ziel so Deinen Fleiß bereitet/
ganz unermüdet rennst auf diesem Erden-Rund.

Du bist nicht ferne mehr / wir wünschen nach Verlangen:
Der Himmel laße Dich die Palmen reich empfangen.

Mit diesen wenigen Zeilen haben den Herrn CANDI-
DATO, ihrem Hochgeschätzten Gönner / und bis-
hero gewesenem Tisch-Compagnion, ihre Schul-
digkeit zu bezeigen / Glückwünschend aufwarten
wollen und sollen

**Ihro Excell. Herrn Dr. Lindens
sämtliche Tisch-Compagnie.**

❧(❧)❧

B. M. II, 124.
h. 30, 10.

14.

DISPUT

ALIS

JVRE

NDI,

inter Statu
Sessio

edentiâ

SVMMO

MINE,

MAG

JCTO

MI

IN INC

NIS

Honores

esfendi,

Pu

Chr

h,

Die

CI.



II R
1792

